

46
officia et lapidibus vobis pretiosis diuersitas operum
sapientie et contemplationis angelorum designat. Sci-
re quoque debes quod in hac innumera multitudine
singuli singula officia et aliquas proprietates inuicem
distinctas habent. que quoniam mens humana non
capit. omittat. Illud tamen non ignores quod quascumque per-
fectiones et virtutes inferiores angeli habent. supe-
riores easdem sed multo excellentius possident.
Qui propter exuberantissimam caritatem. que in cele-
sti patria viget. quicquid a deo recipiunt inferioribus
iuxta capacitatem suscipiendum impartiunt. His ordini-
bus sublimior vobis gloriosa cum vincto suo virtuti-
bus omnibus illis et gemis preciosis cumulata prestantius
a deo refulget. ut nulla vis mortalis ingenij concipere
possit. Lux trium facierum desuper vniuersa irradiat. scilicet
sine trinitatis maiestatem representat que omnia
excedit in infinitum et radijs dulcoreque suo sere-
nissimam et iubilantissimam reddit patriam illam ce-
lestem sine satietate et intermissione laudantes et
magnificantem et glorificantem deum in secula seculorum.
Hac declaratioe habita Angelus conticuit. Nemo
vobis miretur si in declarandis proprietatibus et colo-
ribus lapidum preciosorum aliquid ab usu moderno
forte declinasse videat. Quorundam enim lapidum no-
men forsitan immutatum est. angeli autem hominibus lo-
quuntur secundum cuiusque qualitates. Sciesque angelus
meus me sacris scripturis iuxta antiquorum docto-
rum expositionem opera dedisse. que modo predicto de eius
modi lapidibus scribunt ita eorum qualitates exposuit.
His ineffabilibus rebus auditis et visis penitus
attonitus eras. non tantum ex admiratione magnitudinis
pulehritudinis miri de ordinis. sed multo magis ex